

libri nam si constabit eum furere vexatum fuisse, etiam si postea resipuerit, non potest tamen ad sacros ordines absque dispensatione Sedis Apostolicæ promoveri, Silveit. in ver. Caspare visitatus, num. 8. & Angel. eod. ver. num. 8. & probatur per textum in cap. Usque ad 23. disticti. Et sic tanquam irregularis non debuit admitti ad concursum, vel saltem non erat proponendus adversario nulla irregularitate, vel defectu simili laboranti.

Secundum caput, quo nitur Thomas adversus iudicium Episcopi Pistoriensis est id quod pluribus modis probare tentavit, nempe Episcopum passionis affectum, non rationis iudicium, dum adversarium pretulit, secutum esse, cuius rei indicia & conjecturas plurimas deducit, quarum urgentiores sunt infra scriptæ.

Primo quia Episcopus ex quinque Examinatoribus Sinodalibus duos excludit, quorum alter nempe Honaphius Cellesius erat consanguineus Thomæ, alter vero nempe Cosmus Braciolinus erat eiusdem amicus & inter tres adhibuit Archidiaconum, qui extra Urbem morabatur & in concursibus adhiberi non consueverat, eò quod esset infestus familiaris de Cellesio, cum quo ipse plurimas & gravissimas lites habuerat, ut deponunt testes examinati coram Vicario Florentino super vigesimo secundo articulo.

Secundo quia Episcopus ante concursum pluribus dicitur se nolle Parochialem vacantem conferre Thomæ prædicto, quia homines familiaris illius iactabant futurum esse, ut ubi Thomas fuisset ab Examinatoribus approbatus; vellet, nollit Episcopus, Parochialem conferret Thomæ fore, ut non posset eam aliqua pensione onerare ob litteras Magni Ducis Etruriæ, qui eum rogabat ut si Thomas ceteris præferretur, pensione aliqua Parochialem illum gravare non deberet. Quia de re deponit unicus testis, nempe Joan. Baptista de Vassellinis, ut in processu fol. 133. Cum hoc telle concordant depositiones Joan. de Bardis, & Petri Maria de Rutatis, dum affirmant Episcopum ipsi dixisse se hanc Parochialem nullo pacto conferre velle Thomæ prædicto. Sed Joannes addit Episcopum subjuxisse se velle eam per fas, & nefas conferre Presbitero Cherubino dicti Joannis amico, & velle ut is consentiret pensioni scaturum centum ad requisitionem Episcopi, & quinquaginta pro nepote Joannis. Quod si nimis gravis ei videretur, posset ipse cessare ab ea per solvenda. Et cum ipse obiret, tunc nepos Joannis à successore eam posset exigere. Et Petrus Maria alius testis prædictum addit Episcopum dixisse Parochialem velle conferre Presbitero Cherubino, qui sibi pensionem promitteret. Et propterea et dixisse, ut quemdam Canonicum adiret, qui illum instrueret pro examine futuro; nollet autem se eam Parochialem conferre Thomæ Cellesio, quia pensionem consentire recusaverat.

Tertio ad eundem Episcopi affectum ostendendum ad-

ducitur pro parte Thomæ, quod non fuerit scriptis interrogaciones, neque responsones concurrentium. Quemadmodum alias factum fuisse ab Episcopis prædecessoribus videre est ex tribus concursibus, quorum acta authenticè exhibita sunt. Et propterea dicitur pro parte Thomæ Episcopum recessisse à consueto sibi Tribunalis, & consequenter se reddidisse suspectum.

Sed pro parte Fagni negatur hic silus, & produciuntur acta publica quatuor concursuum, habitorum coram Episcopis prædecessoribus, ex quorum inspectione constat non esse scriptas interrogaciones, nec responsones concurrentium. Produciuntur etiam fides plurium Notariorum attestantium has interrogaciones, & responsones in illo Tribunali scribi non consuevisse; adeo ut de huiusmodi silo non possit dici constare, nec super eo fieri fundamentum.

Hic ita se habentibus in hac causa visum est ante omnia instituendum esse inter utrumque novum concursum in Urbe coram Cardinali Vicario. Nam est in vim Concilii Tridentini cap. 18. jess. 24. non liceat postposito appellare à mala prælectione Episcopi, sed tantum à reprobatione Examinatorum, ut dicitur et supra num. 26. Datur tamen appellatio ab irrationabili iudicio ex Constitutione Pii V. super collatione Parochialium Ecclesiarum, & novum examen decernitur inter appellationem, & prælectionem etiam, antequam consistat per alia documenta de mala prælectione, ut patet ex decisionibus relatis in præcedenti questione à num. 31. Et quamvis oporteat dare sumum de irrationabili iudicio; tamen hic sufficienter datur. Ideoque plerique ex Patribus in hac ipsa causa Pistoriensis novum examen instituendum censuerunt, in nixi præcipue suspitionibus Episcopi à rejecto ut supra propolitis. Quippe ex ipso examine formandum erit iudicium uter eorum sit præstantior in qualitate scientiæ, ut in cap. Cum sit ars, infra, eod. ibi, Si rudes & ignaros ordinare præsumserint (quod quidem facile poterit deprehendi) id est per examinationem, ut exponunt Joan. Andr. num. 10. in ver. Deprehendi, & Bellom. in princ. in eodem verbo Ad idem textum in capite Si forte de electione libro sexto ubi si promovendo ad dignitatem obicitur perfectus scientiæ vel peritæ, textus præcipit, ut super scientia ante omnia subiciatur examinatio. Et initium propterea iubetur fieri à defectu scientiæ, quia illius probatio evidens, facilis, & promotiva est videlicet examinationem, ut ibi notat Archid. num. 1. vers. & secundum hoc, & Joan. Monach. in princ. & n. 11. Statim enim atque adversus Mathematicos imperitus Mathematico examinabitur, nisi patebit & adversus philosophos disputat & si ignoret dogmata philosophorum; ut inquit Hieron. in cap. Qui de mensa 237. dist. & in proposito refert Hoff. in d. cap. cum sit ars, n. 10. in ver. Facile poterit. Plura de hac materia examinis per concursum in Parochialibus Ecclesiis scriptis in prædicta decretali, cum sit ars.

# DE ÆTATE ET QUALITATE,

Idem Alexander III.

## CAPUT V.

Præterea licet ad regimen Parochialis Ecclesiæ non debeat aliquis, nisi Subdiaconus sit ad minus, admitti. Dispensativè tamen in minoribus ordinibus constituti consueverunt assumi. Dum tamen tales sint, quod infra breve tempus possint in Presbiteros ordinari.

## SUMMARIUM.

- 1 Subdiaconatus ordo non est de minoribus, sed de sacris, licet in primitiva Ecclesia sacer ordo non reputaretur.
- 2 Ordines minores an requirantur ad obtinendum beneficium curatum, an verò sufficiat prima tonsura & n. seq. usque in fin.
- 3 Clericus non existens in sacris, olim non poterat assumi ad beneficium curatum nisi dispensativè.
- 4 Parochialis conferri potest Clerico in tali ætate constituto, ut infra annum ad sacros ordines promoveri possit.
- 5 Textus hic an fuerit correctus per c. Si pro Clericis, de Preb. lib. 6.
- 6 Ordines minores an requirantur ad obtinendum beneficium curatum tam per viam imperationis, quam electionis, vel institutionis.

Verbo

Verbo assumi vel admitti verificatur tam in electione, quam in collatione, vel Institutione.

Electio est favorabilis, collatio & Institutio edictæ.

Præterea. Is qui non est in sacris, si alias sit idoneus ad regimen Parochialis Ecclesiæ, dispensativè potest assumi. Hoc dicit. Sunt tres partes. Prima ponit rigorem. Secunda dispensationem. Tertia dispensationis determinationem. Secunda ibi, dispensativè. Tertia ibi, dum tamen.

Nota ordinem Subdiaconatus non esse de minoribus, sed de sacris. Licet enim sacer ordo non reputetur in Ecclesia primitiva, tamen à Constitutione Gregorij, atque urbani secundum, ad moderna tempora sacer gradus esse minime dubitatur. Quæ sunt verba Innocentij III. in c. Miramur, inf. de serv. non ordin. Constitutionem Gregorij habes in cap. Ante trimum, 31. dist. Constitutionem Urbani II. in c. erubescens, 32. dist.

Nec audiendi sunt qui incaute dixerunt Subdiaconatum olim non fuisse ordinem sacrum, ut Hoff. in cap. 1. n. 2. infra de Sacram. non iteran. & alij passim, quoniam non reputabatur ordo sacer, non quod sacer non esset, sed quia continentiam non habebat annexam, ut in d. c. Ante trimum, unde in c. 2. de Sacram. ordin. jess. 23. Concil. Trident. sic legitur. Ab ipso Ecclesiæ initio sequentium ordinum nomina, atque univocitate eorum propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Exorciste, Lectoris & Oilarij in usu fuisse cognoscuntur, quarum non pari gradu; nam Subdiaconatus ad majores ordines à Patribus & sacris Conciliis referuntur.

Quæro, an ad obtinendum beneficium curatum oporteat eum, cui conferretur, esse nedum prima tonsuræ, sed quatuor etiam minoribus ordinibus initiatum.

Deciditur in hac decretali ad beneficium curatum non deberi aliquem admitti, nisi saltem sit Subdiaconus. Adicitur tamen consuevisse illum dispensativè cum qui sit in quatuor minoribus ordinibus constitutus.

Supervenit deinde text. in c. si pro Clericis, de præb. in 6. quo clare statuitur ut si cui Papa mandat beneficium curatum conferri, non oportet esse promotum ad ordines sacros, sed sufficit esse in tali ætate, ut proximis statuti à jure temporibus possit promoveri.

Cum textus in d. cap. si pro Clericis, adversetur huic decretali, quia hic dicitur non posse absque dispensatione obtineri curatum, nisi ab eo qui sit Subdiaconus; at in cap. si pro Clericis, statuitur aperte contrarium: gloss. in d. cap. si pro Clericis, movit dubitationem præsentem an hoc c. requirens Subdiaconatum in promovendo ad beneficium curatum, sit in totum correctum adeo ut hodie indistinctè possit quis assumi ad beneficia curata; nedum per viam imperationis, de qua loquitur d. c. si pro Clericis, sed etiam per viam præsentationis & electionis; & gloss. dicit se non esse causam corrigendi hanc decretalem; ideoque quod disponitur in cap. si pro Clericis, habere locum solum in casibus in quibus hoc est expressum, nempe in imperatione de qua loquitur ille textus & in præsentatione de qua habetur in cap. 2. de institut. in 6. & ita sentit secus esse in electione. Hanc gloss. opinionem sequitur ibid. Joan. Andr. & Petr. de Anchar. & Imol. in cap. Licet canon. de electione in 6. tamen contrarium, hoc est etiam in electione locum habere, cap. si pro Clericis, & ita eligi ad curatum posse non Subdiaconum; & consequenter hanc textum esse indistinctè correctum tenent Paul. Archid. Joan. de Lign. Joan. de Fan. Calderin. Florian. & alij quorum communis est opinio ut tellatur Franc. in dicto capite si pro Clericis, præp. fin. Rebuff. in tit. Requisita ad collationem, num. 34.

Dum ergo in gloss. agitur de correctione hujus Decretalis id queritur ad d. c. si pro Clericis, eam cotraxerit indistinctè ut nedum per viam imperationis & præsentationis, sed etiam per viam electionis, qui beneficium curatum adipiscitur, non sit opus ut sit Subdiaconus; non autem queritur an hoc cap. Præterea, sit correctum in eo quod dicit de minoribus ordinibus: ideoque etiam hodie post d. c. si pro Clericis, erit locus huic decretali in ea parte in qua minores saltem ordines requiruntur: nam quod non est immutatum cur stare prohibetur per l. Sancimus, C. De testament. l. Præcipimus, in fine, C. De appellat. notat Hoff. in c. Ad Apostolicam, num. 2. de regul. Imò id videtur aperte insinuare text. in dicto capite si pro Clericis, & in d. cap. de instit. in 6. Cum enim dicant non requiri, ut promovendus sit initiatus sacris Ordinibus, per exclusionem sacrorum, videntur includere & requirere minores ordines.

Quam opinionem sequuntur Doctores in d. c. Si pro Clericis. Supponit enim minores ordines esse necessarios ad curatum obtinendum dum disputantur à constitutus in minoribus, licet

non Subdiaconus, possit assumi etiam per viam electionis ad Ecclesiam curatam, Calder. Archid. Lap. quos refert ibi Franc. in 2. col. vers. Secundo verb. casu, & in vers. Tu ad verte, & clarius conclusus in cap. Licet canon. in 3. col. vers. In ea, gloss. in fine, de elect. in 6. Gemin. ibid. in 4. col. vers. Item querit an de jure, & d. cap. Si pro Clericis, in 2. col. in gloss. in ver. Provideri & in specie quoad curatum obtinendum, quamvis non sit necesse ut aliqui sit in sacris, opus tamen esse, ut sit constitutus in ordinibus minoribus, expressè tradit Archid. in cap. 2. de instit. in 6. in ver. In sacris, & ibi Franc. in ult. notab. ubi citat textum hic tanquam minime correctum quoad ordines minores, & ibid. Gemin. præp. fin. vers. Sed an possit.

Nec obstat, quod Rebuff. d. tit. num. 33. dicit expressè contrarium, scilicet quemlibet posse habere beneficia curata, etiam si solum habeat primam tonsuram: Tum quia magis est descendendum pluribus, ac gravioribus Doctoribus supra citatis: Tum quia jura quæ Rebuff. allegat, id non probant: imò potius ostendunt oppositum, dum disponendo non requirunt sacros ad obtinendum curata, videntur tacite innuere minores saltem requiri, ut est dictum. Deinde quia contra Rebuff. stat text. hic qui circa minores ordines nullibi legitur correctus.

Sed objicit etiam ad obtinendum curatum saltem minores ordines requirantur, dicendum est tamen hoc habere locum quando proceditur per viam electionis duntaxat: nam nullo jure cavetur, ut ad obtinendum curatum requirantur minores ordines nisi in hac decretali: ergo minores erunt necessarii in eo tantum casu, in quo loquitur hic text. id est cum proceditur per viam electionis, aut institutionis: & in hunc sensum forte accipi possent Archid. & Franc. locis proximè citatis: nam dum dicunt ad obtinendum curatum esse necessarios minores ordines, & citant textum, hic intelligendi sunt juxta textum quem allegant, id est quando per viam electionis quis ad curatum assumitur, ad tradita per Bart. in l. Non solum, §. Si celebrationis verba, ff. De liber. legat.

At huic objectioni responderi potest admittendo minores ordines requiri juxta terminos hujus Decretalis, sed negando hunc textum non procedere nisi in electione; nam est illa verba, admitti, vel assumi, consueverint frequentius usurpari per sacros Canones in electionibus, tamen tanquam generalia applicentur etiam provisi per viam collationis, vel institutionis, ut est textus in cap. te cum in cunctis, §. Inferiora, ponderando verbum, assumptus fuerit, & verbum conferatur, supra de electione, & in cap. Licet canon. eodem tit. lib. 6. id est Quodque talis ad regimen assumptus hujusmodi si monitus non fuerit præjuxto à canonibus termino in Presbiterum ordinatus à regimini ejusdem amoveatur officio, & alij conferatur, & notat Gemin. in cap. Statutum in 1. notab. eodem tit. & lib. Et eo magis quia hæc constitutio non est posita sub rubrica de electione, sicut duo textus proximè citati. Archid. autem, & Anchar. in d. cap. 2. expressè loquuntur de collatione, & institutione. Et quamvis citent textum hic, tamen hinc potius colligitur eos consentire ut hic textus habeat locum etiam in provisionibus per viam collationis & institutionis. Nec differentia ratio assignari potest cur minores ordines requirantur in electo ad Parochialem Ecclesiam, & non in proviso, seu presentato. Imò hoc casu major subest ratio cur minores ordines exigantur, ut considerat Franc. in d. cap. Si pro Clericis, num. 5. præp. finem. Quia via electionis inquit est ordinaria, & favorabilis, & via præsentationis, vel imperationis est ordinaria, & sic odiosa, ubi etiam plures alios allegat in hanc sententiam.

Præterquam quod congruentius censeri debet præscripta à Sacris Canonibus hæc qualitas minorum ordinum in imperatione, quam in electo, quia majus periculum subest, ut minus idoneus de curata Ecclesia provideatur ad solius Patroni præsentationem, vel solius Ordinarii collationem, quam si assumatur ad Collegij electionem: integrum enim est iudicium quod plurimorum sententia confirmatur, ut legitur in cap. Prudentiam, de offic. delegat. & quod à pluribus queritur sapientibus, facilius invenitur, cap. De quibus, 20. dist. & per ampliores homines perfectissima veritas revelatur, l. ult. ad fin. C. De fideicom. Negari tamen non potest quin in practica fervet oppositum: nam Parochiales conferuntur etiam Clericis primæ tonsuræ. Et Sac. Congregatio Concilii aliam consultam an matrimonium contractum coram Parocho adhuc infra annum ad sacros non promotus, sed primæ tantum tonsuræ initiatus sit validum, nec ne, censuit esse validum. Quam sententiam Clemens VIII. ad se relatam approbavit.



DE ÆTATE ET QUALITATE

Idem Alexander III.

CAPUT VI.

Quæris à nobis, quid agendum sit de clericis tuæ jurisdictionis commisis, qui cum beneficiis Ecclesiasticis multis abundant, à te commoniti nolunt ad majores ordines promoveri, se tale quid secretò commississe dicentes, quod eos salva conscientia ordinari non sinit. Cum igitur super hoc casu videantur sacri Canones discordare: cum quidam dicant eos minimè compellendos: alii verò contrarium asseverent, omnis contrarietas vinculum præsentis pagina enodamus: Statuentes ut si prædicti clerici perceptione majorum ordinum propter occulta sua peccata, se indignos esse fatentur, inferiores in Ecclesia, quorum sit vita probabilis, præferantur eisdem: Et nisi fortè illi, qui ordinari pro jam dicta causa recusant, in aliis Ecclesiæ servis valde utiles fuerint, auferantur eis beneficia, & aliis canonicè conferantur. Quod si pro sola voluntate renuerint ordinari, & iuaserit utilitas Ecclesiæ, aut necessitas, ipsos ( dummodo idonei sint ) ad majores ordines recipiendos, per amissionem locorum & beneficiorum subtractionem, appellatone cessante, compellas.

SUMMARIUM.

- Clerici beneficia simplicia obtinentes compelluntur suscipere ordines sacros suis beneficiis non annexos ex causa necessitatis, vel utilitatis Ecclesiæ.
Etiam si beneficia sint modici valoris, n. 4.
Necessitas, & utilitas Ecclesiæ regulariter aequiparantur.
Et quæ dicatur necessitas, quæve utilitas.
Episcopus non tenetur credere beneficiato asserenti se non posse ordines recipere propter conscientiam laicam.
Ordinari renuentes ob occultum crimen perpetuè beneficiis privantur, nisi sint valde utiles in altis Ecclesiæ negotiis.
Declaratur, n. 16.
Renuentibus verò pro nuda voluntate subtrahuntur redditus quousque ordinantur, sed beneficia non auferuntur.
Nisi rebelles existerint.
Episcopus contra contumaces processerit per subtractionem fructuum, vel nihil profecerit.
Pena privationis tituli contra renuentes ordinarii non est puniens; & coercens.
Nisi ab initio cum obstinatione dixerit se nullo modo promoveri velle.
Nolle, & non posse in jure aequiparantur.
Ordinari renuentes propter occulta peccata non coguntur præcise, sed causativè, ut de nolentibus fiant volentes.
Nec possunt excommunicari.
Renuentes autem pro nuda voluntate præcise sunt compellendi.
Ordinari renuentes propter occulta peccata si sint valde utiles Ecclesiæ non privantur, sed tamen coguntur per subtractionem proventuum.
Ordinari non debet inhabilis ad sacros ordines etiam ex causa necessitatis, vel utilitatis Ecclesiæ.
Illiterati ad sacros non sunt promovendi sed jam promoti conferantur Parochiales, quando litterati non inveniuntur.
Ordinandorum habitus in casibus necessitatis non adeo exactè exquirenda est.
Confesso occulto crimine propter quod Clericus renuit suscipere ordines suo beneficio non annexos, an ei præjudicet, itaut beneficio privari possit, & num. seqq. usque ad n. 25.
Quid si confessio emanaverit in foro contentioso.
Et quid si in foro Penitentiali.
Et quid si in foro mixto.

- suis beneficiis non annexos, & num. seqq. usque in finem.
Quid si nulla subsit necessitas vel utilitas, ibidem.
Et quid si subsistente causa necessitatis, vel utilitatis renuat ordinari propter crimen, num. 43.
Et quid si propter impedimentum, num. 45.
Et quid si pro sola voluntate, num. 46.
Pecator quilibet occultis potest peccata penitentia promoveri, & ministrare, nisi sint crimina, quæ post penitentiam impediunt ordinis executionem.
Ordo procedendi adversus Beneficiatos renuentes ordinari

Quæris. Propter necessitatem vel utilitatem Ecclesiæ compelluntur ipsius Clerici recipere Ordines suis Beneficiis non annexos. Hoc dicit. Communis divisio. Secunda ibi, Cum igitur. Quæ duo facit. Primum ponit contrarietatem Canonum. Quos secundo distinguendo concordat ibi: Statuentes; & secundo membrum distinctionis profertur ibi: Quid si. Nota primò ibi: Necessitas & utilitas, cum agitur de compellendis Clericis ad recipiendos Ordines sacros suis Beneficiis non annexos: non esse distinguendum inter necessitatem & utilitatem Ecclesiæ, quoniam hæc duo aequiparantur, capite Post translationem, §. Cum ergo supra de renunciatione, capite Etsi illa in fine 1. questione 7. capite Mutationes 7. questione 1. capite Ab excommunicatione 9. questione 1. capite Nemo de electione, lib. 6. & Concilium Tridentinum, capite 1. vers. Nam cum Christiana charitas & capite 11. in fine, sessio 23. & capite 18. sessio 25. cum multis similibus: licet hoc non sit perpetuum, ut capite cum venisset infra de eo qui mittitur in possessionem & lege Imperij cum duobus sequentibus, ff. de imperio in rebus Italibus factis; & notat glossa in capite Statutum 2. §. Insuper in verbo Utilitas de rescriptis, lib. 6. dicitur autem necessitas cum Ecclesia indiget Ministris illorum Ordinum; nec reperitur alii qui possint ordinari. Utilitas verò, quando Ecclesia indiget; sed non desunt alii qui promovendi possint, ut hic declarat Joannes Andreas, num. 12. Henricus Boech. col. 2. ad finem, versione Dicitur autem exigere. Bellam. ante n. 1. in verbo Utilitas & Card. in notab. Secundo nota, Clericos Beneficia simpliciter obtinentes per amissionem locorum & Beneficiorum subtractionem cogi posse ad suscipiendos Ordines sacros, suis Beneficiis non annexos ex causa necessitatis vel utilitatis Ecclesiæ, ut hic est casus. Quod procedit in omnibus Intritalis, etiam si Beneficium esset viginti solidorum; cum hæc littera loquatur de Clericis in genere; nam & talis ad residendum & servitium tenentur, ut in capite conquirentes, infra de Clericis non residentibus. Et notat hic Hostiensis, num. 3. in verbo Si prædicti Clerici. Joannes Andreas, num. 6. & Bellamera, num. 5. in versione Quæris.

Tertio nota ibi: Salva conscientia &c. Episcopum non teneri statim credere Beneficiato dicenti, se non posse ad sacros Ordines promoveri, eo quod lesam habeat conscientiam; sed posse nihilominus eum compellere ad Ordines suscipiendos & per seipsum ordinare vel alteri ordinandum committere, argumento capitis Passoralis, §. Quia verò de Officio Delegati & capite Per tuos, ille tertio de Simonia secundum Innocentium, num. 2. in verbo Auferantur. Hostiensis, num. 3. Joannes Andream, num. 5. Bellameram, num. 3. versione Hinc est & alios communitur. Quarto nota secundum Innocentium, num. 2. in verbo Compellas, duas differentias inter eos qui renunt ordinari ex causa, eo quod faterentur se aliquid tale fecerit commississe, quod eos salva conscientia ordinari non sinit: puta enorme vel mediocre delictum, ut in capite ex tenore supra de temporibus Ordinationum; & eos qui renunt ordinari pro sola voluntate.

Prima differentia est, quia in primo casu nisi sint valde utiles in altis Ecclesiæ negotiis: perpetuè Beneficiis privantur ut patet ibi: Auferantur eis Beneficia & aliis canonicè conferantur & expedit enim ut succidantur tanquam arbores inutilis, ut inquit Hostiensis num. 5. & in hoc conveniunt omnes. Quod tamen intelligi secundum ea que dicuntur infra in 1. questione, num. 21. In secundo autem casu, cum renunt ordinari pro sola voluntate; non ex toto auferantur eis loca & Beneficia, sed tantum redditus subtrahuntur ad tempus quoque Ordines recipiant; & hoc innuit verbum compellas. Si enim auferantur eis ex toto: iniquum esset eos ulterius compellere ad Ordines suscipiendos, ut bene advertit hic Innocentius, num. 2. in verbo Per amissionem. Quod enim suadetur ex eo quod sequitur in littera ibi per subtractionem; hæc enim subtractio ad tempus fieri consuevit, capite Passoralis, §. finali infra de appellatione secundum Hostiensis, num. 5. & Barrium, num. 10.

Verum hoc limitat Hostiensis, num. 6. nisi rebelles extiterint, quia tunc ex toto privandi sunt Beneficiis; & est ratio 8 Beneficiati, quia magis contentum in qui sua voluntate ordinari recusat; quam in qui justam impedimentum allegat. Ergo cum magis rebelles dicitur & cum minus rebelles titulus est agendum. De quo remittit ad Summam, eodem titulo, §.

- propter crimen.
Appellatio Clerici renuentis ordinari propter impedimentum, an sit admittenda.
Ordines non suscipere pro nuda voluntate & ex injusta causa aequiparantur.
Ordo procedendi contra beneficiatos renuentes ordinari pro sola voluntate.
Appellatone remota privari potest beneficio, quæ necessitate vel utilitate Ecclesiæ exigente contumaciter renuit suscipere ordines beneficio non annexos.

Ordo, versione Circa hoc quæritur & versionibus sequentibus ubi ad litteram ponit distinctionem Raymundi quam etiam recitat Joannes Andreas in capite Licet Canon in verbo Privatus, de electione, lib. 6. & sequenti, hic idem Joannes Andreas, num. 14. Butrius, num. 10. & plerique alii. Sed tu tempera hoc ultimum dictum Hostiensis secundum Bellameram, num. 4. in 3. oppositio, ut locum habeat; dummodo prius contracontumacem Episcopum processerit per subtractionem proventuum; & nihil profecerit; nam tunc demum procedere poterit ad privationem tituli: alioquin quamdiu subesser spes eum inducendi ad consentiendum Ordinationi: ex toto non esset privandus; sed per amissionem fructuum coercendus. Pena enim privationis tituli cessare debet, cessante contumacia; cum non sit puniens, sed coercens ut in capite Ex litteris supra de Constitutionibus: fateretur tamen Bellamera & bene, talem fore privandum si ab initio cum obstinatione diceret se nullo modo promoveri velle; eo enim casu adhibenda non esset pena coercens, sed infligens: videlicet depolitionis & privationis. Et in hoc casu salvari poterit dictum Hostiensis argumento capitis Eum qui de dolo & contumacia, lib. 6. Nolle enim & non posse in jure aequiparantur; capite Scis status de rescriptis & capite Prudentiam, §. Adjecimus, infra de Officio Delegati.

Altera differentia est, quia in primo casu cum Beneficiati renunt ordinari propter occulta peccata, non coguntur præcise; sed causativè, ut sic de nolentibus fiant volentes; nam si voluerint promoveri, non sunt privandi secundum gloriam hic in verbo Utilitas & Innocentius, num. 2. in verbo Auferantur cum quibus alii consentiunt; & est simile in capite 14 consulti, 74. distinctione. Unde nec possunt hoc casu excommunicari; cum nemo præcise cogendus sit crescere, capite Gestis & capite Ubi eadem distinctione: alioquin sequeretur hoc inconveniens, ut excommunicatus qui in hoc casu non curer Joannes Andreas, num. 14. sed remittat ad notata per se in capite Pro illorum in glossa penultima, infra de Præbendis. In secundo autem casu absolute cogi possunt ad sacros Ordines recipiendos; cum impedimentum criminis non allegent; sed 15 pro nuda voluntate contumaciter resistent.

Quinto nota in versione Nisi fortè, casum in quo Beneficiati: etiam si sublit causa necessitatis vel utilitatis, tamen non coguntur recipere Ordines suis Beneficiis non annexos; sed tolerantur in minoribus, videlicet cum in aliis Ecclesiæ servis sunt valde utiles. Fortè quia sunt prudentes in negotiis temporalibus, capite Accedens 50. distinctione secundum Innocentium hic, num. 1. in verbo Utiles; vel ratione potentie, capite Officiis supra de electione; vel ratione scientie, vel ratione artificij secundum Hostiensis, num. 4. in verbo Auferantur. Qui tamen subdit, quod et si hoc casu non compellantur per subtractionem Beneficiorum: compelluntur tamen per subtractionem proventuum ad tempus, ut in capite Consulti 74. distinctione: de quo tamen remittit ad notata in capite finali de Officio Vicarii.

Ultimo nota textum ad hoc valde notabilem, quod Clericus inhabilis promovendi non debet ad sacros Ordines: etiam si subsistente causa necessitatis & utilitatis Ecclesiæ. Quod optime probat hæc littera in fine, quia dum statuit ut qui pro nuda voluntate renunt ordinari, ad id compellantur per subtractionem beneficiorum si fuerit necessitas vel utilitas interferit conditionem illam, Dummodo idonei sint. Ergo a contrario si non sint idonei etiam ex causa necessitatis, vel utilitatis non sunt cogendi.

Hinc Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum ab Episcopo Feretrano consultata an Subdiaconi, & Diaconi, qui carent doctrina à jure requisita in Ordine Presbiteratus, promovendi debeant ad eum ordinem in eo loco, in quo maxima est Sacerdotum inopia; & ubi propter præbendarum exiguitatem, & paucitatem nulla spes est habendi exteros Sacerdotes: auditio quod nunquam in similibus exemplis antea censuræ ignaros posse promovendi ad sacros, licet jam promoti ad Presbiteratum conlucit conferri posse Parochiales, quando



litteratores inveniri non possunt. Ad propositam consultationem respondit ignarus nullo modo promovendus ad sacros ordines, sed Episcopatum diligenter curare debere, ut dicant, & pro ut profecerint, tunc promovere, & ex sua conscientia, & iudicio rem totam committere; interea autem si adit penuria Sacerdotum secularium, debere uti operâ regularium.

19 Ceterum in his casibus necessitatis non adeo subtiliter exquirenda est habitus promovendorum, arg. cap. Tuam infra eod. Ideoque cum quidam ante Concilium Tridentinum ad Subdiaconatus ordinem promoti, & post idem Concilium quadraginta annorum majores effecti ob beneficium, ac Sacerdotium in eorum Diocesi penuriam se ad titulum patrimonii in Presbitero ordinari Sanctissimum exorarent; Sanctitas sua etiam hoc remiserit arbitrio Episcopi, nihilominus subjunctum cum his quoad sufficientiam Episcopum non debere exquirere tam exactè illa, quæ ex Concilio exiguntur, nisi ad administranda sacramenta, & ad curam animarum exercendam deputati essent.

20 Quæro. Si Episcopus ex causa necessitatis, vel utilitatis Ecclesie velit compellere Clericos suos Diocesis ad suscipiendos ordines sacros suis beneficiis non annexos, & ipsi fateantur se peccatum aliquod secretò commisisse, quod eos ordinari non sinat, an talis confessio præiudicet, adeo ut sic renuentes beneficiis privati possint?

Pro solutione distinguendus est triplex forus ex mente Doctorum hic & præcipue Hostiensis num. 2. in verbo Secretò. Joannes Andreas, num. 4. Bellamera, num. 2. & Butrus num. 4. Alius enim est contentiosus seu judicialis. Alius penitentialis qui etiam dicitur forus anime seu forus Sacramentalis. Alius vero mixtus quem alii forum quasi penitentialem appellant.

Et quidem si Beneficiati fateantur in foro contentioso se hujusmodi peccata commisisse: utique talis confessio præiudicat, adeo ut secundum quantitatem delicti Beneficiis privati possint, quia facit notorium Juris, ut in capite Quæstionum sacra de temporibus Ordinationum; & in hoc conveniunt Hostiensis, Joannes Andreas & reliqui omnes. Quod procedit si fateantur se talia crimina commisisse ante promotionem; removendi enim sunt ex quo tempore sue examinationis illa tuberculerunt, capite ultimo 24. distinctione, capite Ex penitentibus 50. distinctione, capite Si qui sine & capitibus sequentibus 81. distinctione. Sive fateantur se illa commisisse post promotionem; nam similiter sunt expellendi ex quo sua culpa reddiderunt se indignos, argumentum capituli 1. supra eodem secundum glossam hic in verbo Patentur quæ à Doctoribus communiter approbatur.

22 Sin autem hec constiterint in foro Penitentialem, nullatenus privati debent, quia sic procederet peccator penæ impositione contra iura, ut in c. infra de offic. ordin. cum suis concordant. in quo similiter omnes conveniunt. Debent tamen secretò, id est, in ipso Penitentialem sacramento intrinsece in formari, quòd salva conscientia beneficium retinere non possunt, & si uideri, ut cedant si crimina sint talia, quæ post penitentiam impediunt ordinis executionem, secundum ea quæ leguntur, & notantur in cap. Nisi cum pridem, §. Propter conscientiam supra de renunc. ac deinde conscientie suæ sunt relinquendi, secundum Host. & alios præallegatos. Si tamen postea ex contemptu renuerint ordinari & de hoc constiterit judicialiter, bene privati possunt, aliis non, prout distinguit hic Decretalis, quæ sic potest intelligi secundum Antonium de Butr. numer. 8. vers. Si in foro anime. Sed certè tunc non versaremur in hoc secundo casu, sed in primo quia Sacerdos non solum sciret eos esse criminis reos, ut Deus in foro sacramentali, sed etiam ut iudex in foro contentioso, ut in dicto capite 2. de offic. Ordinar.

23 Si verò talis confessio fiat in iudicio mixto, puta in examinatione ordinandorum, vel si auditâ monitione Prælati secretò confiteantur ei non, tanquam Sacerdoti, sed tanquam Episcopo; tunc quia iudiciale repelluntur, & quia penitentialem penæ ordinaria non puniuntur, ut formaliter inquit Hostiensis d. num. 2. in ver. Secretò, id est talis confessio cum emanaverit in iudicio mixto partim sapit naturam fori judicialis, partim fori penitentialis. In quantum participat de foro contentioso, Clerici qui confitentur talia, repelluntur. In quantum participat de foro penitentialem non plechuntur pena ordinaria. Quod ipsum notat idem Host. in Summa de scrutin. §. Finem. vers. penult. ubi ait hujusmodi confessionem in iudicio mixto habere effectum, & finem repellendi, non autem effectum, & finem puniendi: allegat c. Cum dilectus de ordin. cognit. c. 1. de excep. & l. Laciis, ff. De his qui notam injam.

Verum Bellam. hic num. 3. miratur de dicto Hostiensis in iudicio mixto, quia si Sacerdos scit delictum secretò, ita ut nemo alius sciat nisi ipse, non debet peccatorum publicè arguere, nec ei propter hoc penitentiam imponere, ut in dicto capite 2. de offic. Ordinar. quod loquitur alternativè,

videlicet, si Sacerdos sciat pro certo aliquem esse reum aliquis criminis vel si confessus fuerit & emendare noluerit, ut ibi notat Bernard in gloss. 1. Unde dicit ipse penam hic non imponi propter criminis confessionem acculatam, sed propter alia duo simul conjuncta, videlicet quia dicunt se nolle promoveri & quia dicunt se habere causam quare promoveri recuset & illam nolant prolapare. Ex eo enim quòd renuunt illam publicè aperire, Episcopus non solum tanquam Sacerdos secutus, quia hoc non sufficeret, sed tanquam iudex & superior prælatum debet eam causam non esse rationabilem, juxta illud Evangelicam, Qui facit malum, odit lucem arg. cap. Ut nostrum infra, ut Eccles. benef. Et sic delictum, propter quod hic penam infligitur, non est occultum, sed est notorium, scilicet iniuria recusat promovendorum.

24 Sed iudicio meo magis mirandum est de dictis Bellam. Quoniam Hostiensis non dicit ex confessione emanata in iudicio mixto Clericos posse penam infligi. Imò clarè dicit oppositum, videlicet eos propter ea puniri non posse, sed tantummodo repelli ab ordinibus, quomodo illa noverit Episcopus, si non prorsus occulta, ut est text. formalis in cap. extra Sacramentum Penitentia, ut est text. formalis in cap. Ad aures, ibi, Quoniam esse potest, quòd Prælati eorum commissa secreta noverint, ex quibus constat eis, quòd salva conscientia nequeant ordinari jura de tempor. ordinat. Qui textus est loquatur in subditis regularibus, tamen amplius est etiam ad Clericos seculares à Concilio Tridentino in cap. 1. sess. 14. ut declaravit S. Congregatio ejusdem Concilii interpret. Nec obstat text. in d. cap. 2. de offic. Ordinar. quoniam loquitur in iudice, qui delictum occultum sibi extrajudicialiter notum vult publicè arguere & punire, non autem in Prælato, qui ob delictum occultum vult repellere ab ordinibus suscipiendis Clericos non archatas ratione beneficii, ut sic concilietur cum prædicta decretali. Ad aures, Cum enim sit in facultate Episcopi illos non promovere, & jusque arbitrio relinquatur, an subit Ecclesie utilitas, vel necessitas utique repellendo non intelligitur prodere ipsorum delicta. Et nihilominus hodie ex d. cap. 1. sess. 14. potest Episcopus ex quacumque causa, etiam ob occultum crimen quomodolibet extrajudicialiter non tantum prohibere sibi subditis ascensum ad sacros ordines, sed etiam eos suspendere à suis ordinibus gradibus & dignitatibus Ecclesiasticis & corrigere cap. Ex renore supra de tempor. ordinat. ut ibi dixi ex S. Congregationis sententia.

25 Secundo quæro generaliter, an & qualiter Episcopus possit cogere Clericos sibi subditos ad ordines suscipiendos. Hæc quæstio plures implicat inspectiones. Unde sic distinguo ex mente glossæ in Summa 74. distincti. Item gloss. in cap. Licet Canon in ver. Privati de elect. lib. 6. gloss. in Summa hoc tit. §. Secunda distinctio, Raimun. in Summa rubr. de atar. & qual. §. Item numquid Episcopus potest compellere, Joan. Fruburg. in Summa confess. eodem tit. 15. q. 48. Alten. lib. 6. tit. de obedien. art. 4. vers. Numquid Prælati, Hostiensis in Summa de atar. & qual. §. Ordo vers. Circa hoc quaritur, & ejusdem Hostens. & DD. hic & præsertim Henr. Boch. in princ. & Anton. de Butr. n. 6. & 11.

Aut Clerici sunt non beneficiati, nec habentes titulum & hos Episcopus compellere non potest, quia Sacramentum Ordinis est voluntarium, ut legitur & notatur in §. Si ergò Sacram. 1. q. 1. in §. ult. 22. q. 4. & in c. Venius infra de renunc. & notat Host. in Summa de Sacram. non iura. §. Quod sint species & in c. 1. infra eod. tit.

Quod procedit etiam si sint expectantes autoritate Apostolica vigore mandati, de providendo, seu ad vacatura: nam tales, etiam si velint, ad titulum hujusmodi expectationum ad sacros ordines promovendi non possunt, ut notat Joan. Andr. in cap. si Episcopus, de præben. lib. 6. & Gualtero de Monte Laud. in extravag. Joan. 22. Sedes Apostolica in ver. Jus ad rem, de concess. præben. quos hic sequitur Henr. Boch. col. 1. post princ. vers. Quod intelligit, & satis probatur jure novissimo Concilii Tridentini in c. 2. sess. 21. ubi statuitur, ne quis deinceps ad sacros ordines promoveatur, nisi prius legitime constiterit eum beneficium Ecclesiasticum, quod sibi ad vicium honestè sufficiat pacificè possidere, nam expectantes non possident, nec habent jus in re, sed tantum jus ad rem, ut in dicta Extravag. Sedes Apostolica, id est jus ad perendum beneficium competens conditione ex Canone, seu officio iudicis, ut notat Innocent. in cap. cum M. in gloss. finali. supra de constit. & in c. Inter cetera in ver. Scilicet collatio de præben. & gloss. in præalleg. extravag. in ver. jus ad rem.

Rursus hoc procedit etiam si sint pensionarii, nam nec tales etiam volentes ad titulum pensionis promovendi possunt; nam pensio non sit titulus ad ordines, nisi dispensativè, ut Sac. Congregatio declaravit & dixi in c. Ad audientiam, il secundum in ultima q. num. 137. supra de rescr. Et cum hæc materia compulsio ad ordines in non archatas ratione beneficii fit exorbitans; appellatio beneficii non venit pensio, ut est text. in c. O namus & ibi Franc. num. 2. de præben. lib. 6. Stephil. de liter. grat. in nova forma expectat. num. 27. &

cripsi late in d. c. Ad audientiam à n. 74. usque ad n. 121. & in c. cum in cunctis à n. 101. supra de elect.

29 Aut Clerici sunt beneficiati & tunc subdividenda sunt duo membra. Primum est, cum beneficia hujusmodi habeant ordinem annexum. Secundum est, cum non habent.

In primo membro principali si quidem nullum appareat Canonicum impedimentum quod obstat, utique poterit Prælatum compellere Clericos ad suscipiendos ordines suis beneficiis annexos sub distinctione tamen beneficiorum, secundum gloss. præalleg. in c. Licet Canon. in ver. Privati, de elect. lib. 6. Anton. de Butr. hic post Joan. Andr. n. 6. vers. Quia si habent ordines annexo.

Nam si beneficium sit Parochiale & non fecerint se promovendi infra annum, absque monitione aliqua, sunt ipso jure beneficio privati, ut in d. c. Licet Canon. Idemque dicendum de Prioratibus, conventualibus ut in Cl. Ne in agro, §. Ceterum de statu Mon. Et est simile in Episcopatu, in quo non requiritur monitio, sed sufficit negligentia electi per lapsum temporis, à Canone præciniti, ut in c. Quoniam quidem 100. dist. & in d. c. in cum cunctis, §. cum verò de elect. & hodie est expressum in Concil. Trident. c. 2. sess. 23.

Si beneficium sit Collegiatum & curatum, privati poterunt; ut in d. c. cum in cunctis, §. Inferiora, quod non est correctum per d. c. Licet Canon, ut ibi notat gloss. in ver. Parochialis, & hodie expeditum in cap. Statutum de elect. lib. 6. & gloss. 1. Gemin. & Franc. n. nec est correctum per Constitutionem Concilii Constantiensis sub Martino V. ut per Gem. conf. 131. & dixi in d. §. Inferiora.

Si sint dignitates non curate puta Archidiaconatus, Abbatias, Decanatus, Præpositura & Archiepiscopatus similiter cogi poterunt per subtractionem beneficii monitione præmissa, ut in cap. 1. supra eod. Sed hodie, an in hoc fit servanda prædicta Constitutio Concilii Constantiensis, scripti in præalleg. §. Inferiora. An autem dicat quatuor dignitates post Concilium Tridentinum sint Præbendales, dixi in dicto capite 1. num. 5.

Si sit Canonicatus, vel Præbenda, aut portio in Cathedrali vel Collegiata Ecclesia quamvis non promovetur ad ordinem illi annexum, privatur voce in Capitulo, eisque subtrahitur pars dimidia distributionum: hic est textus in Clem. Ut si, §. Illi verò de atar. & qual. innovat & ampliata à Concilio Tridentino in c. 4. sess. 22. & sæpius respondit Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum.

34 Ceterum in Ecclesiis, in quibus Episcopus tenetur procedere cum adjunctis ad præscriptum cap. 6. sess. 25. de reform. non poterit hoc casu solus ad sententiam privationis procedere, ut eadem S. Congregatio declaravit: nam consultâ, an Episcopus possit absque adjunctis procedere ad privationem Canonicorum ex eo, quòd ordines eorum præbendis annexos non susceperint, vel quod non recederint: respondit non posse, nisi vellet contra eos ad alias penas & multas ob non recedentiam procedere; id enim solus possit.

Nec refert, quòd oppositum videatur consuevisse in litteris ad Archiepiscopum Burgens. exaratis, quorum tenor talis est, videlicet: Dubium vitum non est Illustrissimis Patribus ad explicandas, quæ ex Tridentino Concilio possunt oriri quæstiones à S. D. N. in Concilio adhibitis, quin amplitudini tue liceat tertiam partem ex fructibus dignitatum illius Ecclesie non quemadmodum deducta olim fuit, sed secundum veram eorumdem fructuum estimationem ex integro nunc deducere. Sed si inter utramque deductionem non ita multum interit, magis placuit in ea re nihil novari. Illud autem sine distinctione verum est eos, qui non suscipiunt ordines suos Canonicatibus, Portionibusque annexos penam etiam privationis ab amplitudine tua per seipsam etiam solam sine adjunctis ad id compelli posse. Quod & ad eandem amplitudinem tuam referri Patres voluerunt, quam Deus incolumem & divina gratie muneribus auctam velit. Romæ die 29. Maii 1550. Hieronimus Cardinalis Mathæus.

Id inquam non obstat, quia hujusmodi litteræ videntur intelligendæ de pena privationis fructuum, vel quotidianarum distributionum, de quibus actum fuerat in priori parte ad formam Clem. Ut si, §. Illi verò de atar. & qual. & c. 4. sess. 22. non autem de pena privationis tituli: & hoc modo ultimæ hæc decisio cum præcedenti conciliatur, quiddam contra scriptis Nicolai Garz. de benef. par. 3. c. 4. n. 18.

Nec refert, quòd ubi non proceditur per viam accusationis ad penam depositionis, vel degradationis, sed tantummodo ad remotionem à beneficio per viam denunciationis, iniquitatis vel exceptionis, non dicatur agi criminaliter, actualiter de crimine, ut in cap. Per tuas, il. primo circa fin. de Simon. & notat Feder. de Sen. conf. 23. Titius electus n. 2. v. Sed in casu nostro. Et enim decretum d. c. 6. sess. 25. complectitur omnes modos procedendi, ut patet ibi, Sed & quævis ex officio, vel ad petitionem alicujus, & c. & cum postea præcipit adhiberi accusatorem, hoc tantum requirit, ut Episcopus extra visitationem procedat, ut in ver. Itatamen.

35 Si verò appareat aliquod impedimentum canonicum, prop-

ter quod promovendi non possunt, ut irregularitas, vel aliud hujusmodi, tunc aut tale impedimentum erat contractum antequam Clerici essent hujusmodi beneficium vel dignitatem affecti, aut post, si ante, tunc aut in promotione ad beneficium vel dignitatem tale impedimentum subintravit; & sunt ab hujusmodi beneficio amovendi, ut c. Ex penitentibus 50. dist. & c. Expofisti cum ibi notat. infra de corp. vitiat. Idque in odium ipsorum ordinandorum qui debuerunt prodere impedimentum suum, ut c. Quando & c. ult. 24. d. c. Tantis Daniel & c. Quicumque 81. d. & c. Artaldus 8. q. 3. glof. hic in v. Patentur. Quod intellige si hoc judicialiter confessi fuerint, quia tunc possunt deponi in continenti & immediate ex delicto, ut 37 c. si constitit infra de accusat. Secundum Antonium de Butr. n. 11. Secus si in iudicio animæ, aut mixto, ut dixi in precedenti quæstione num. 23. & seqq. Rursus hoc intellige, nisi cum eis fuerit legitime dispensatum ad beneficium & ordinem suscipiendum, arg. c. Quia simpliciter 56. dist. ex quo enim cum eis dispensatum est quoad ordinem, perinde est ac si nunquam tale impedimentum contraxissent, arg. l. Quod ita Senatum, ff. De edit. edict. & c. Ferrus 50. dist. Sed si ab initio non contraxissent hujusmodi impedimentum, utique ad ordinem illum posse compelli, ut prædictum ergò & nunc. Neque enim hoc casu debent esse melioris conditionis, quam si nunquam habuissent impedimentum, ut c. 2. de fil. Presbit. lib. 6. & l. 1. & 2. ff. De natal. resp.

Quod tamen intellige, ut prædixi, si cum eis dispensatum fuerit, nedum ad beneficium, sed etiam ad recipiendum ordinem illi annexum; alioquin si dispensatum fuerit ad beneficium dumtaxat, non poterunt ad ordinem compelli cum non possint ad illum promoveri, ut in capite Tuam cum ibi notatis infra eodem & hic notat Henr. Boch. col. 39. 1. ante med. vers. Aut nedum ad beneficium; & hinc fit, ut obtinens præbendam ante gratiam legitimam ex dispensatione Apostolica privati non possit ob non promotionem ad ordinem eadem præbendam annexum, ut notat Rebuff. in Praxi benef. in tit. de non promot. 55. & scripsit S. Congregatio Cone. ad Episcopum Calaguritanum his verbis; Sac. Congregationis datum est supplex libellus Joannis Ferrer. velle amplitudinem tuam si Canonicatum cum præbenda, quam isthic obtinet, adimere, sed eam causam quòd intra annum non sit promotus ad sacros ordines ex decreto Concilii. Qui cum tantummodo decem & octo annos, ut ab eo relatum est, natus sit, neque per decretum Concilii cap. 12. sess. 23. ante vigesimum secundum annum sacris initiari possit, non videtur esse cogendus, ut nisi Sacros ordines suscipiat Canonicatus privetur, de quo Pontificis litteræ expectavit. Itaque si res ita est, mandat tibi sua Sanctitas, ut concessit isti Joanni possessionem, eum prius non cogat ad sacros ordines promovendi, quàm ad vigesimum secundum annum pervenerit.

Si verò hujusmodi impedimentum est contractum, postquam Clerici fuerint beneficium vel dignitatem affecti, tunc aut contractum est sine culpa ipsorum, ut qui post electionem & confirmationem, sed tamen ante ordinationem effecti sunt irregulares, puta quia sine culpa oculum, vel nastrum amiserunt & tunc nec privati debent beneficio, nec ad ordines compelli, ut c. cum in cunctis, §. Inferiora, vers. Hic sanè, ibi, si canones non obstant supra de elect. c. 1. infra de Cleric. agrot. Clem. Ut si, §. Illi verò, ibi, iusto impedimento cessante de atar. & qual. 1. Qui furere, ff. De statu homin. l. 1. §. Casum, ff. De postul. & l. Divus, ff. De offic. Præsid. neque enim debet addi afflictio afflictis, ut in d. c. 1. & in c. cum percellit 7. q. 1. & ita tenent in c. 1. supra eod. gloss. in ver. Amittant, Innoc. in eodem ver. Abb. Anriq. in ver. Præbendate, Host. n. 3. in ver. Iusta causa & alii communiter. Aut in tale impedimentum inciderunt culpa sua, ut si duellum obtulerint vel susceperint & in eo manum, vel pedem amiserint, secundum ea quæ declarat Host. loco citato, & hoc casu non sunt compellendi ad ordines, sed privati sunt beneficio, ut in c. ex parte B. & c. significavit infra de corp. vitiat. & in hoc casu loquitur text. in d. c. 1. in fine supra eod. ut ibi declarant gloss. Innoc. & alii proxime citati, ut ibi dixi in prima oppositione.

In secundo autem membro principali, id est, cum Episcopus vult cogere Clericos ad suscipiendos ordines suo beneficio vel dignitate non annexos juxta terminos hujus decretalis, si quidem necessitas vel utilitas Ecclesie non existit ex promovendi, non sunt ullatenus cogendi. Quin imò puniendus esset Episcopus si eos cogere, ut c. 1. & 2. & c. Ultra 24. d. ut hic per Henr. Boch. in fin. Si verò id exigat Ecclesie necessitas vel utilitas, refert an Clerici renuant ordinari propter crimen, quod fateantur se commisisse, aut propter aliud impedimentum quod afferunt se contraxisse, aut pro modo voluntate.

In primo casu, cum exopto homicida & simoniacus & aliis criminosis, qui post peractam penitentiam ordinis executionem non habent, de quibus per gloss. Innocent. & Doct. in cap. Nisi cum pridem, §. Propter conscientiam supra de renunc. quilibet peccator occultus peracta penitentia salva conscientia possit promoveri & in susceptum ministrare, ut cap. O namus supra de tempor. ordinat. cogendi erunt de dignitate



per penitentiam, cap. Prædicandum 22. quasi. 1. c. Subdiaconus 24. q. 1. cap. Nec licuit 17. dist. ut scilicet Episcopus dispenset cum eis, cap. In scripturis 8. q. 1. & notat hic Holt. num. 4. Quod si penitere, ac se dignos facere recuserint, Episcopus debet alios inferiores ad illos ordines promovere & reventes à beneficiis amovere & illa conferre Clericis, ut præfertur promotis, ut hic & in hoc casu potest intelligi, c. consaluit 74. dist. Nisi tamen reventes sint valde utiles in aliis Ecclesie negotiis. Quo casu tolerandi sunt in suis beneficiis, ut hic est casus in ver. Nisi & dictum est sup. in 5. not. Unde secundum Anton. de Butr. numer. 11. ordo procedendi est, ut si Episcopus cognoscat Clericos fore utiles in aliis Ecclesie negotiis, eos non cogat ordines assumere. Sin minus, & necessitas, vel utilitas Ecclesie id postulet, eos compellat, & statim privet beneficio, & aliis conferat non ex vi delicti, quod tibi judicialiter non innescit sed ex contumacia non parendi, quæ saltem judicialiter habebit aspectum vere contumaciæ, & indicabit talem non ex delicto privari, sed ex contumacia. Poterunt etiam compelli per suspensionem ab ordinibus jam susceptis, & sic possunt intelligi textus in c. Si quis Clerici, & c. Placuit 74. dist. In secundo autem casu id est cum remaneat ordines suscipere propter impedimentum puta infirmitatis, vel aliud temporale, aut perpetuum non proveniens ex delicto suo,

tunc non sunt cogendi. Quod si cogentur, & appellarent, esset eorum appellatio admittenda, arg. l. 1. §. Si quis tutor ff. quon. appellan. sit. In tertio denique casu, scilicet cum renuunt ordinari pro voluntate, seu quodidem est injuncta causa, ut in cap. 2. §. Sed neque vers. Sicut iuxta supra de transfl. Episcop. Secundum Holt. hic num. 4. in ver. Voluntas. & Joan. Andr. n. 12. Primum debet Episcopus eos privare loco, auferendo vocem in Capitulo, vel quotidianas distributiones, vel aliter aggravando, ut hodie patet in Clem. Ut li de etat. & qual. que declarat hoc cap. secundum Anton. de Butr. hic num. 11. nam etsi loquatur de obinentibus beneficia, quibus certii ordines sunt annexi, ut statim non sint privandi, à fortiori vendicari sibi locum in obinentibus beneficia, quæ hujusmodi ordines non requirunt, de quibus agitur hic. Quod si in contumacia perseverent, debet eis beneficiorum redditus subtrahere secundum intellectum Innocent. Holt. & communem, de quo supra in 4. notab. num. 7. & durante adhuc contumacia, poterit eos privare beneficio appellatione remota, ut hic, & cap. Si quis Clerici, & c. Placuit 74. dist. & c. Displicet 23. q. 1. §. 4. nam si quis non vult operari, nec manducet ad Tholaloz. c. 3. l. Si ex duobus, §. fin. ff. De noval. & l. Quomodo ff. De dam. infect.



# DE ÆTATE ET QUALITATE.

Innocentius III. Rothomagen. Archiepiscopo.

## CAPUT IX.

Um contingat interdum, quodd laici ad Monasteria convolantes, à suis Abbatibus tonsurentur: requisisti, an Clericatus ordo in tonsura hujusmodi conferatur. Super quò tibi taliter respondemus, quodd cum in septima Sinodo sit statutum, ut lectores per manus impositionem licentia sit uniuersique Abbati in proprio Monasterio solummodo faciendi, dummodo ipsi ab Episcopo (secundum morem præficiendorum Abbatum) (manus impositio facta noscatur, & constet eum existere sacerdotem: per primam tonsuram, juxta formam Ecclesie datam, à talibus Clericalis ordo confertur.

## SUMMARIUM.

- 1 Abbas si sit Presbiter, & benedictus, potest ordinem Clericalem conferre.
- 2 Item potest conferre Lectoratum.
- 3 Et quid de aliis minoribus ordinibus, ibidem & numer. seqq.
- 4 Lectoris appellatione aliquando includuntur etiam reliqui minores ordines.
- 5 Abbas, ut possit tonsuram, & minores ordines conferre, quæ requiruntur.
- 6 Abbas conferens tonsuram, vel minores ordines Monacho alterius Monasterii imprimit caracterem, si sit Presbiter, & benedictus.
- 7 Tonsura, seu Psalmistatus an possit conferri à simplicibus Presbitero, & n. seqq.
- 8 Intellectus c. Psalmista 23. dist.
- 9 Presbiter de jure communi potest primam tonsuram conferre secularibus, in quos habet Episcopalem jurisdictionem.
- 10 Cardinales de jure communi tonsuram conferre non possunt nisi subditis, in quos habent jurisdictionem quasi Episcopalem.
- 11 Tonsura Clericalis, seu Psalmistatus, an sit ordo, & numer. seqq. usque in fin.
- 12 Theologi & Canoniste quomodo se invicem habeant in iuribus, & rationibus expendendis.
- 13 Sententia Theologorum refertur, qui censent tonsuram non esse ordinem, sed præparationem ad ordinem, & Psalmistatum esse officium Lectoris annexum.
- 14 Tonsuram Clericalem non esse ordinem propriè, quibus fundamentis probetur, & numer. seqq. usque ad numer. 45.
- 15 Intellectus c. Illud 77. dist. ibidem, & numer. 119. & seqq.
- 16 Prophetia ut est simpliciter littera in Ecclesia non habet ordinem ad se ordinatum, sed ut est lecta cum explanatione.
- 17 Contrarium, numer. 121.
- 18 Psalmista, & Cantor idem sunt, ejusque officium est non solum Psalmos cantare, sed etiam alios cantus harmonicos lectionibus inserere, & n. 19.
- 19 Psalmistatus est officium communitatis totius corporis Ecclesie, & n. 27.
- 20 Contrarium, n. 108. & 124.
- 21 Ordo est distinctarum personarum.
- 22 Psalmistatus est officium Lectori annexum, & n. 41.
- 23 Contrarium, numer. 55. usque ad numer. 62. & numer. 71.
- 24 Cantor non est nomen ordinis specialis, sed officii.
- 25 Contrarium, numer. 56. usque ad numer. 62. & numer. 71.
- 26 Psalmista officium non habet aliquam relationem ad Eucharistiam, & n. 28.
- 27 Contrarium, n. 110.
- 28 Ordinum omnium Minister est solus Episcopus.
- 29 Declaratur, n. 94.
- 30 Ordo nullus confertur, nisi in Missa celebratione.
- 31 Declaratur, n. 127.
- 32 Media dispositio convenienter interponitur in transitu de statu ad statum.
- 33 Declaratur, n. 130.
- 34 Tonsura est media dispositio inter statum laicalem, & Clericalem.

- 114 Dicitio, alius, est implicitiva & repetitiva similium.
- 115 Intellectus c. Illud 77. dist. ibidem, & numer. 119. & seqq.
- 116 Contrarium, n. 128.
- 117 Tonsura Clericorum, & Monachorum quid significet.
- 118 Clericus prima tonsura non eligitur in militiam Dominicam, sed in sortem Domini.
- 119 Contrarium, n. 129.
- 120 Potestas ordinis datur determinatè ad aliquod speciale ministerium divini cultus, non autem ad ea, quæ communiter sunt à toto Ministrorum Collegio.
- 121 Tonsura Clericalis relationem non habet ad Eucharistiam sacramentum.
- 122 Contrarium, numer. 110.
- 123 Tonsura non est repetenda, si est omisssa reliqui ordines fuerint collati.
- 124 Contrarium, numer. 100. & seqq.
- 125 Ministri Ecclesie principaliter ordinantur ad Sacramentum Eucharistie.
- 126 Materia ista est de necessitate sacramenti, at sine ea nihil perficitur.
- 127 Ordinis materia que sit.
- 128 Tonsura confertur sine ulla rei traditione.
- 129 Contrarium, n. 69. & n. 87.
- 130 Superpellicem in collatione tonsura non est necessitatis, sed congruitatis.
- 131 Contrarium, numer. 70.
- 132 Clericus potest tonsuram Clericalem dimittere, & ad statum laicalem redire.
- 133 Concilium Tridentinum non habuit tonsuram Clericalem pro ordine Ecclesiastico, & numer. seqq.
- 134 Declaratur, n. 132.
- 135 Ordinum sanctiorum à Concilio Tridentino jubentur in Ecclesia restitui à Diocesanis ad Officiatam.
- 136 Episcopus qui jussu alterius Episcopi primam tonsuram contulit declaratur non incivisse in penam suspensionis.
- 137 Vicarius Capitali Sede vacante non prohibetur dare dimissiones ad primam tonsuram præsentato ad Capellam simplicem.
- 138 Cateris Romanis quid senserit de Clericali tonsura, & n. 133.
- 139 Ordo multiliter accipitur, & n. seqq.
- 140 Monachi, Virgines, & Vidua Deo sacrate, seu Diaconisse, & laborantes in speiendū mortuis, quandoque ordines dicuntur à Petriano.
- 141 Opiniones de numero ordinum inter Theologos, & Canonistas conciliantur.
- 142 Contrarium, n. 44. & n. 135.
- 143 Canoniste à Theologis dissentunt tam in identitate tonsurae, & Psalmistatus, quàm in numero ordinum, & n. 79.
- 144 Tonsuram Clericalem, vel Psalmistatum esse ordinem propriè, & caracterem imprimere qui auctores sentierunt.
- 145 Referuntur fundamenta pro sententia Canonistarum, & numer. seqq. usque ad n. 119.
- 146 Intellectus hujus capituli, ibidem usque ad numer. 55.
- 147 Responsus debet congruere interrogationi.
- 148 Argumentum à majori ad minus qualiter procedat.
- 149 Forma in Sacramentis tantum sunt præfinita, non autem in collatione officiorum, seu dignitatum.
- 150 Tonsura collatio irrita est, si fiat non servata forma præscripta Ecclesie.
- 151 Forma, & materia Sacramentorum sunt ex institutione Christi.
- 152 Forma omnium Sacramentorum cur non habeantur ex sacris litteris.
- 153 Preparatio ad formam non est forma.
- 154 In Manifestis non sunt extenuanda que scripta sunt.
- 155 Psalmistatus non est officium Lectori annexum, quibus argumentis probetur, & numer. 56. usque ad n. 62. & n. 71.
- 156 Ordines novum in Ecclesia numerantur ab Isidoro.
- 157 Intellectus c. Clericos 21. dist. ibidem.
- 158 Graduum Ecclesie appellatione intelliguntur ordines Ecclesiastici.
- 159 Psalmistatus ordo cur aliquando à Patribus ponatur post Officiatum.
- 160 Accessio non potest fieri nisi rei, que præexistit.
- 161 Officiarii, & Acolithi officia que sint.
- 162 Clericus prima tonsura degradatur ab ordine Psalmistatus.
- 163 Intellectus cap. Degradatio de poen. in 6.
- 164 Clerici prima tonsura degradantur ab ordine, ibid. & numer. seqq. usque ad n. 71.
- 165 Degradatio solemnis quid sit.
- 166 Degradationis forma in Clericis prima tonsura.
- 167 Privatio præsupponit habitum.
- 168 Degradatio actualis non fit ab officio, & dignitatibus,

- 169 sed tantum verbalis dispositio.
- 170 Ordinatio sacra non solum verbis, sed etiam signis exterioribus perficitur.
- 171 Solemnitas eadem que requiritur ad constructionem actus, requiritur ad illius destructionem.
- 172 Character ordinis imprimitur in acta traditionis instrumenti.
- 173 Vestis traditio in collatione tonsura non est congruitatis tantum, sed necessitatis.
- 174 Cantoria, seu Psalmistatus in primitiva Ecclesia erat ordo Ecclesiasticus à Lectoratu distinctus.
- 175 Ordines Minores Sacramentum esse ostenditur, definitur à Concilio Florentino, & Tridentino, & resellitur contraria opinio.
- 176 Conciliorum definitionibus obtrudere non licet defectum causæ.
- 177 Conciliorum institutum est non solum hæreticos confutare, sed etiam Catholicos orthodoxam fidem docere, & n. seqq.
- 178 Dissensio non potest ab Ecclesia in nonnullis consanguinitatis, & affinitatis gradibus, qui in Levitico exprimitur, esse hæresis.
- 179 Episcopus esse Presbiteri superiores in Ecclesiastica hierarchia ex institutione divina est de fide.
- 180 Ordinum Minorum nomina, & antiquesque eorum propria, ministeria ab initio Ecclesie fuerunt in usu.
- 181 Cantorum, seu Psalmistarum ordo Constitutione Ecclesie suppressi aut de jure aboleri non potuit, & numer. seqq.
- 182 Sacramentorum essentialia dispositioni juris Ecclesiastici non subjacent.
- 183 Tonsura Clericalis, & Psalmistatus idem sunt, & numer. 88.
- 184 Triboriensis Concilii Canon de Clericali tonsura expenditur.
- 185 Clerici prima tonsura gaudent privilegio Canonis, & fori jure divino, & numer. 112.
- 186 Psalmistarum, seu Cantorum origo, & antiquitas.
- 187 Tonsura Clericalis nuda ortum duxerit.
- 188 Tonsura à Pontificali Romano inter ordines computatur, & numer. seqq.
- 189 Datur inter Missarum solemnias, seu & reliqui ordines in solemnibus ordinationibus.
- 190 Tonsura Clericalis materia, & forma que sit, & numer. seqq.
- 191 Psalmistatus forma que.
- 192 In Tonsura collatione confertur gratia.
- 193 Gratia gratum faciens datur in Sacramentis, non autem in sacris, & sacramentis non essentialibus.
- 194 Spiritus in actibus Ecclesie corporalibus respondet.
- 195 Sacramentum quid.
- 196 Character interior est essentialiter & principaliter Sacramentum Ordinis.
- 197 Tonsura Clericalis, seu Psalmistatus jure ordinario conferri non potest, nisi ab Episcopo.
- 198 Ordinis Sacramentum dumtaxat prærequiritur Sacramentum confirmationis ex necessitate præcepti.
- 199 Tonsuratus ante susceptam christum est nullus promotus, & eget dispensatione Apostolica.
- 200 Ordo importat quendam dignitatis gradum, & potestatem supra populum.
- 201 Clerici sicut in Ecclesia militanti per tonsuram, ita in triumphanti per caracterem à laicis distinguantur.
- 202 Character quid sit.
- 203 Preparatio debet semper præcedere preparatum.
- 204 Tonsura, seu Psalmistatus est principium, & quasi fundamentum militie Clericalis.
- 205 Principium est pars potissima casus sui rei.
- 206 Hierarchia Ecclesie Sanctis & consiliis Hierarchie conformis est.
- 207 Ordines novum numerantur in Ecclesia militanti, sicut in triumphanti sunt novem Ordines Angelorum.
- 208 Psalmorum cantu, aut datur spiritus compunctionis aut spiritus prophetie.
- 209 Ordinum distinctio deprehenditur ex distinctione Ministerii; Item ex diversitate materiae, & forma.
- 210 Psalmista officium quod sit, & in quo distinguatur ab officio Lectoris.
- 211 Psalmista officium non convenit multitudini.
- 212 Ordinum minorum actus exerceri possunt etiam à laicis, non tamen ex officio.
- 213 Tonsura Clericalis, seu Psalmistatus, quomodo relatio nem habeat ad Eucharistiam Sacramentum.
- 214 Ordo ad sui esse non requirit ministerium cooperantium in ipso actu consecrationis Eucharistie.
- 215 Tonsura Clericalis effectus memorabiles complures referentur.
- 216 Sixti V. Constitutio de prima tonsura expenditur.